



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 1. Ciuitates nobiles, & earum Epitheta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

EX

CA-

RIN-

THIA

PRIMVS per Villachum Vilach, secundùm Natisonem  
*El. Lisönzo.*  
 SECUNDVS omnium amplissimus & capacissimus per  
 syluam S. Gertrudis, munitus duabus munitionibus  
 Gradisciā & Goritiā, inter quas tamen 10. aut 12.  
 millia passuum intercurrunt: per hunc irrupere Gothi  
 olim, & sub Baizetho Turcæ; quare Veneti hoc  
 spatium munire vallo & fossâ conati erant, ac demum  
 cautiùs huic parti Palmam vrbem Europæ, ut putant,  
 munitissimam obiecerunt.

§. 7. *De Monte Apennino.*

ALPES supra Nicæam Massiliensium montem emittunt, qui  
 vniuersam Italiam in duas partes secat, rectè exurrens Anconam  
 usque, sed ex se varia emittens iuga sub variis nominibus, & ali-  
 quando sub nomine Apennini, & tandem in utrumque mare de-  
 finit ad Promontoria *S. Marie di Lenca*, & *Punta Saëtta*. Eius pars  
 editissima dicitur à Nautis *Punta di Talo*: vias aliquas aperit, qua-  
 rum celeberrima olim per Vespasianum aperta ut Flaminiam viam  
 interruptam continuaret, de qua egimus in antiquâ Geogr. Eum  
 quoque secat Aufidus fluuius *l'Offanto*, ut in Apuliâ diximus, &  
 postea iterum expendemus.

§. 8. *De præcipuis locis Italiae.*

NVM. I. *Civitates nobiles, & earum Epitheta.*

ROMA la Santa: Rome la Santè, sic dicta, quoniam Ecclesiæ Catholi-  
 cæ prima sèdes, que sancta & multorum Martyrum sanguine tincta fuit  
 aliquando.

NEAPOLIS: Napoli la Gentillé; Naples la Noble. Scilicet in eâ ferè  
 commoratur totius regni nobilitas.

FLORENTIA: Fiorenza la Bella; Florence la Belle. Eâ enim urbe nul-  
 lacultior, nulla venustior.

GENVA: Genoa la Soperba; Gennes la Superbe, vel la Magnifique:  
 ob superbissima Palatia, & edes marmoreas.

MEDIOLANVM: Milano la Grande; Milan la Grande. Dicitur enīm

Y Y y ij

*octo millia passuum ambire muris suis, & ducenta ac triginta hominum  
millia capere.*

**RAVENNA:** Rauenna l'Antica; Rauenne l'Ancienne. *Quo nomine  
vocatur à Claudio; & verò à Thessalis condita ante Troie ἀλων.*

**VENETIÆ:** Venigia la Ricca; Venise la Riche. *Vel ob Aerarium Sancti  
Marci, vel quia hic ditisimí Mercatores, & Orientis diuitiis ciuitas hec  
locupletata est.*

**PATAVIVM:** Padua la Dotta; Padoüe la Docte. *Ob nobilem Acade-  
miam, & eruditorum ciuium multitudinem.*

**BONONIA:** Bologna la Grassa; Boulogne la Grasse. *Est enim in loco fera-  
cissimo totius Italie collocata.*

NVM. 2. Italie oppida multis ciuitatibus anteferenda.

**CREMA** in Longobardia: Creme en Lombardie; ditionis Venetæ.

**PRATVM** in Tuscia: Prato en Toscane; Magni Ducis.

**FABRIANVM** in Marchia Anconitana: Fabriano dans la Marche  
*d'Ancone; Summi Pontificis.*

**BARVLVM** in Apuliâ: Barlette en la terre de Bari; in regno Neapo-  
litano.

NVM. 3. Academie Italice.

**IN STATV** { Patauium: Padua; Padoüe, ou Pade.

**VENETO** { Venetix: Venigia, Venise.

**IN PEDE-** { MONTIO } Augusta Taurinorum: Turino; Turin.

**IN DVCATV** { MEDIOLA- } Ticinum, seu Papia: Pavia; Pauie.  
NENSI }

**IN ETRV-** { SENA: Sienna; Sienne en Toscane.  
RIA } Pisæ: Pisa; Pise.

**IN** { Bononia: Bologna; Boulogne.  
**STATV** Roma: Rome.

**PON-** { Ferraria: Ferrara; Ferrare.

**TIFI-** { Firmum: Fermo en la Marche d'Ancone.  
CIO Macerata: Macerate en la mesme Marche.

**IN REGNO** { Salernum: Salerno; Salerne.

**NEAROLITANO** { NEAPOLIS: Napoli; Naples.